

Simon Toelmann Valentin Sohm

Disputatio Iuridica ex Concordantibus ff. & C. titulis de prompta De Nuptiis

Rostochi[i]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730924769>

Druck Freier  Zugang



Ehew

S. Toelmann (V. Luhm) ^{Vert.} |e

R. U. in 1624.

39
Disputatio Juridica ex Con-
cordantibus ff. & C. titulis de
prompta

DE NUPTIIS

Quam
Divina aspirante gratia

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi & Consultissimi Viri,
SIMONIS TOELMANNI,
J. U. D. in inclyta Rosarum Academia Professo-
ris ordinarij,

*Pro viribus τῆς ἀρχαίας ἐνεργε
defendit*

VALENTINUS SUHMIUS
Chiloniò Hollatus.

*Ad diem 3. Decemb. loco horarū
solitis.*



ROSTOCHI
pis suis exscripsit Joachimus Pedanus, Acad. Typ.
ANNO M. D. C. XXIV.

Disputatio Juridica ex Con-
cordantibus ff. & C. titulis de
prompta

DE NUPTIIS.

Quam
Divina aspirante gratia

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi & Consultissimi Viri,
DN. SIMONIS TOELMANNI,
J. U. D. in inelyta Rosarum Academia Professo-
ris ordinarij,

Pro viribus τῆς ἀσκήσεως ἐνεκεν
defendit

VALENTINUS SUMMIUS
Chiloniō Hoffatus.

Ad diem 3. Decemb. loco horūq̄
solitis.



ROSTOCHI

Typis suis exscripsit Joachimus Pedanus, Acad. Typ.

ANNO M. D. C. XXIV.



*Reverendo, Amplissimis, Clarissimis,
Humanissimisque Viris,*

Dn. M. HENRICO LANGEMACIO,
Ecclesiæ Chilonianæ Archidiacono
dignissimo:

Dn. NICOLAO Röpken / } Inclotæ CHILONIEN-
Dn. GEORGIO WESLINGIO, } sium Reip. Senatori-
Dn. M. ANDREÆ GROTHEINIO, } bus prudentissimis:

Dn. M. MICHAELI SUHMIO, parenti suo ætatē
honorando:

Dn. HENNINGO Dreyer / Civi ac negotiatori
primario.


*Dominis Mæcenatibus, affinibus & parenti meo
debito honoris cultu æternū prosequendis:*

Hanc disputationem

*Dat
dicat
dedicat*

Valentinus Suhmius
Chiloniō Hols,






Disputatio
DE NUPTIIS.

RESPONDENTE

VALENTINO SUHMIO,

Chil. Hof.

THESIS I.



Nuptiæ (a) sive matrimonium, (b) est viri & mulieris conjunctio individuum vitæ consuetudinem continens, (c) aut consortium omnis vitæ divini & humani juris communicatio, (d) Nuptiæ tamen à vetustissimo obnubendi more dictæ (e) videntur proprie significare ritum & solennitatem cujusq; gentis vel populi palam ac publicè consociandi maritum & uxorem (f) matrimonium & cohabitationem (g).

(a) b. tit. nostro Rubr. & tit. de nup. de incest. & inutil. nupt. si quac. pradi. potestat. & c. tit. si nupt. ex rescript. pet. de secundis nupt. (b) tit. C. de interdict. mat. & c. vers. nupt. de pat. pot. §. si adversus b. tit. (c) d. v. nupt. (d) l. i. de rit. nupt. (e) argum. Gen. cap. 24. ver. antepen. Alexander ab Alexandro Genialog. dier. lib. 2. c. 5. ubi Tiraquel. & Coler. in annotat. (f) vide latisf. Alex. Tiraquel. & Coler. d. loco (g) arg. l. 10. & u. de R. N. l. pen. de donat. inter vir. & uxorem.

B

Spon-

II.

Sponsalia (a) autem plerumq; solent nuptias antecedere (b) ut etiam arra sponsalitia (c) & interdū proxenetica (d) quæ tria in una Rub. codicis cōjunguntur (e), licet in vulgaribus exemplaribus desit constitutio de tertia tituli parte, quam ex Basilicis supplevit Cujacius (f). Sunt autem sponsalia mentio & repromissio nuptiarum futurarum dicta à veterum spondendi more, unde & sponsi sponsæq; nomen est (g).

(a) ut papin. l. 25. in pr. de pos. vel contra (b) eleganter Barnabas Briffonius lib. sing. de R. N. à pr. (c) Est enim arrarum quoq; contractus l. 17. à pr. C. de fid. instrum. & c. tit. de Emptione & vendit. in pr. (d) ut l. 1. 2. & 3. de proxeneticiis Alciat. lib. 1. Disput. ca. 22. & l. unica ver. sunt autem C. de muneribus & patrimonial. officijs, & in Rub. num. 16. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd. (e) tit. C. de sponsal. & c. (f) observat. ii. cap. 18. in fin. (g) l. 1. 2. 3. ff. de sponsal.

III.

Olim quidem talis sponsio tātum inter præsentés fiebat (a), nec fas erat nomina sponsi sponsæve propria exprimere, sed vir Cajus virgo Caja dicebatur, (b) & secundum legem Salicam Masculus per solidum & denarium conjugem sponsabat: Attamen hodie nudus consensus sufficit, (d) vel rati habitio (e), etiam inter absentes, (f) nec opus est verbis, modo nutus accedat vel taciturnitas sine contradictione (g).

(a) Cujacius in l. 1. ver. olim ff. de sponsal. (b) Alexander ab Alexandro d. l. 2. ca. 5. à pr. ubi Tiraquel. & Colerus in annot. (c) Marcolph. Monachus in formul. vet. charta regali seu parentali ca. 5. ubi Hieron. Bignon. in not. (d.) l. 4. ff. de sponsal. (e) argt. l. ult. C. ad Senatus C. Macedon. l. 25. ad fin. C. de donat. inter virum & uxor: (f) d. l. 4. de sponsal. Cujac. d. libro 1. circa medium. (g) Johan. Francif. purpurat. in Rub. num. 4. & 5. C. de pactis,

Justas

IV.

Justas (a) igitur nuptias inter se cives Romani (b) contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt, (c) licet coitus sive concubitus nuptias non faciat (d) Masculi puberes sive 14. annorum (e) & fæminæ viripotentes seu duodecennes (f) tam patres, quam filijsam. accedente scil. consensu parentum, quorum in potestate sunt, civili ac naturali ratione suadente. (g)

(a) b. t. de nupt. in pr. (b) argum. l. 17. §. ex factō vers. post deportationem ad SC. Trebell. Hotoman. in verbo cives Romani a pr. b. tit. (c) quia lex est commune præceptum Papin. l. 1. de U. & c. sic legis præceptum l. 16. §. 1. vers. in fraudem de jure patron. (d) l. 30. de R. J. l. 15. de condit. & demonstrat. & c. (e) dicto pr. b. t. juncto §. nostra autem vers. & ideo quib. mod. tut. finitur. (f) dicto loco (g) l. 7. de ritu nupt.

V.

Furiosi Parentis filiam sine ullius consensu (a) nubere posse veteres permiserunt, (b) quia liberi ex ea nati alienam familiam sequuntur, (c) quod Justinianus Imperator etiam ad filium extendit, (d) tam furiosi, quam dementis ac mente capti, (e) ut non opus sit adire ea de causa Principem, dummodo adhibeantur Magistratus loci, (f) & curatores ac nobiliores ex genere eorum (g).

(a) quia utiq; nec dissentire potest l. 12. §. medio vers. nam utiq; de captiv. & poslim. reversis & c. nec sentire l. 8. §. unus vers. quia non videor de opt. legat. (b) l. 25. a pr. C. de nupt. (c) §. ult. in fin. de pat. pot. l. pen. de agnoscend. lib. & c. (d) §. unde questum b. t. l. 28. C. de Episcop. aud. (e) d. l. 28. incipit tam dementis & c. (f) facit l. 6. vers. nos itaq; C. de curatore furiosi vel prodigi. (g) d. l. 25. C. de nupt. d. l. 28. C. de Epif. aud.

VI.

At non omnes, vel cujuscunq; generis uxores ducere
 licet,

A 2

licet, (a) sed à quarundam nuptijs abstinendum est. (b) Nam inter eas personas, quæ parentum liberorumvè locum inter se obtinēt (c) contrahi nuptiæ nō possunt, (d) veluti inter parentes & liberos, sive ascendentes & descendentes in infinitum, (e) & tales personæ si inter se coierint, nefarias (f) atq; incestas nuptias contraxisse dicuntur. (g)

(a) §. ergo non omnes h. t. (b) argum. tit. quib. ex causis man. non liceat in pr. & tit. quib. non est permissum fac. test. & argum. l. 43. & cum queretur ff. de procurat. (c) ut papin. l. 23. de lib. & posthum §. item vetustas à pr. de hered. quæ ab intest. §. præferuntur de SC. Tertul. (d) d. §. ergo vers. nam inter eas h. t. (e) argum. l. ult. §. parentes de grad. & affin. (f) ut l. i. vers. pen. de concubin. l. 22. vers. nec enim C. de panis: (g) Novel. 12. ca. 1. Nov. 74. cap. ult. No. 89. ca. ult.

VII.

Quæ adeò vera sunt, (a) ut quamvis per adoptionem loco parentum liberorumvè sibi esse cœperint, (b) non possunt inter se matrimonio jungi, (c) ne quidem distolutâ etiam adoptione, (d) quia memoria pristini status & honestatis publicæ respectus permanet (e) quâ de causâ nec adoptivam filiam poteris uxorem ducere, tamen si eam emancipaveris. Quod etiam ex transverso gradu, (f) ceu in collateralibus & affinitatibus obtinet. (g)

(a) d. §. ergo vers & hæc adeo h. t. (b) ut §. Minorem natu vers. & tam filium de adop. l. 10. cum l. seqq. l. 27. l. 43. ff. eod. tit. (c) l. 55. in pr. de rit. nupt. (d) d. §. ergo vers. itaq; ea h. t. (e) argum. §. si uxor tua h. t. & argum. §. sacra. vers. locus de R. D. Papin. l. 23. de lib. & posth. argum. l. ult. vers. pen. de bonor. poss. contra tabul. (f) §. inter eas quoq; h. t. de grad. cognat. à pr. & §. secundo supra eod. tit. (g) §. affinitatis à pr. & vers. socrum h. t.

VIII.

Transversalium quoq; sive collateralium est quædam observatio, (a) nempe ut inter fratrem sororemq; nuptiæ prohi-

prohibita sunt, (b) sive ab eodem patre eademq; matre
sive ex alterutro eorum nati fuerint (c) sororem etiam a-
doptivam ducere uxorem non licet, (d) sed adoptione
per emancipationem dissoluta, (e) aut si frater fuerit eman-
cipatus, nihil est impedimento nuptijs (f) è converso idem
erit, si quis generum aut norum adoptet. (g)

(a) d. §. inter eas h. t. (b) l. 17. C. de nupt. argum. l. 56. de
vit. nupt. (c) argum. Novell. 84. ca. 1. Auth. itaq; C. communia de
success. & argum. illud certum h. t. §. ult. ad SC. Tertul. §. novissima de
SC. Orfic. §. vulgo questos de success. cognat. (d) argum. §. 1. vers.
per adopt. de legit. agnat. success. imo nec talem stipulari licet l. 35. de V.
O. (e) argum. §. minus ergo vers. adopt. de hered. qua ab intest. (f) d. §.
inter eas vers. cum viro h. t. (g) l. 17. ap. l. 67. §. sed videamus h. t.

IX.

Dnorum fratrum vel sororum liberi, (a) vel fratris &
sororis (b) matrimonio conjugii possunt, hoc est, patruelles,
consobrini & amitini, (c) fratris vero vel sororis filiam u-
xorem ducere non licet: (d) utpote nec neptem fratris vel
sororis, quamvis quarto gradu sint, (e) cujus enim in hoc
genere, qui parentum liberorum vè loco sunt, filiam uxorem
ducere non licet, neq; ejus neptem permittitur. (g)

(a) §. duorum h. t. Antonius Concius lib. 2. ca. 1. success. lect. (b)
idq; probabili concilio argum. l. 2. C. de institut. & substitut. & c. (c)
ut §. quarto gradu de gradib. cognat. (d) sublata differentia SC.
claudiani, de qua Cujac. hic in not. & Hubert. Giphani. (e) l. ult.
§. quarto gradu vers. fratrem de grad. & affin. & c. (f) l. 39. l. 53.
de ritu nupt. d. §. ergo, d. §. affinitatis h. t. (g) §. fratres v. h. t. un-
de cessat obiectio de amita & matertera filia.

X.

Ejus verò mulieris, quam pater tuus adoptavit filiam
non videris impediri uxorem ducere, (a) quia neq; natura-
li, neq; civili jure tibi conjungitur (b), quemadmodum &
mariti filius ex alia uxore, & uxoris filius ex alio marito vel
contra

contra, matrimonium rectè contrahunt, (e) licet habeant fratrem sororemvè ex matrimonio postea contracto, (f) quia initium consideramus. (g)

(a) d. §. fratres vers. per adoption. ibi nec dubium est de legit. agnat. success. d. §. 1. ejus v. b. t. (b) l. 12. §. adoptivum de rit. nupt. (c) §. mariti v. b. t. Papin. l. 34 §. inter privignos de rit. nupt. (d) argum. tit. de libert. à pr. vers. quæ res &c. (e) d. §. mariti b. t. (e) Papin. d. l. 34. §. inter eod. tit. (f) argum. l. 8. à pr. mandati vel contra l. 12. in fin. de SCt Maced. l. 1. §. item Pompon. vers. quia hic est primus, depositi vel contra.

XI.

Affinitatis quoq; veneratione, (a) licet gradus nullos habeat, (b) à quarundam nuptijs abstinendum est (c). Nam privignam aut nurum (d), item socrum aut novercam prohibuit uxorem ducere, quoniam illæ filiarum, hæ maritum loco sint (e) quod potissimum dissoluta affinitate obinet, quandoquidem nec eadem duobus nupta esse potest (f) nec ulli permittitur duas uxores habere (g).

(a) §. affinitatis b. t. l. 12. l. 14. 15. 17. de rit. nupt. cum similib. (b) l. 4. §. gradus autem de grab. & affin. &c. (c) l. 17. C. de nupt. l. 5. l. pen. & l. ult. C. de incest. nupt. (d) d. §. affinitatis b. t. l. 14. §. nunc videndum & §. sequenti de R. N. (e) Papin. d. l. 34. §. inter l. 39. cod. tit. d. l. 4 §. affines & §. hos itaq; de grad. affin. (f) l. 2. C. de incest. & inutil. nupt. (g) d. §. affinitatis vers. item si adhuc b. t. l. 1. l. 13. §. quod ait, de his qui not. infam.

XII.

Privigna quidem non est, quam ex uxore tua post divortium alius procreavit, sed honestatis causâ ab ejus nuptijs abstinere debes, (a) nam nec filij sponsa nurus est, nec patris sponsa noverca (b), rectius tamen & jure faciunt, qui hujusmodi nuptijs abstinere (c), quia & serviles cognationes impedimento nuptijs sunt, si forte pater (d) & filia; frater (e) &

(e) & soror; amita (f) & fratris filius &c. manumissi fuerint. (g)

(a) l. 12. §. si uxor de R. N. (b) argum. l. 6. & l. 8. de grad. & affin. & argum. l. 5. §. quamvis C. de bon. qua. lib. &c. (c) d. l. 12. §. interne §. si uxor tua b. t. semper enim in his conjunctionibus & quid liceat considerare oportet & quid honestum sit l. 42. b. t. l. 197. de R. J. (d) argum. §. eadem lege vers. iustis. quib. ex causis manu. non licet. (e) argum. l. pen. C. de incest. nupt. (f) argum. §. item amitam b. t. (g) §. illud certum b. t. facit l. 32. de R. J. ubi com. Dd.

XIII.

Libertinam senator aut senatoris filiam libertinus olim prohibebatur uxorem ducere (a), adeo ut nec patris casus eam uxorem faceret, (b) nec libertino licuit filio suo naturali manumisso pupillam suam patroni sui filiam in matrimonio collocare (c), quod hodie aliter se habet, dum omnes liberti sunt ingenui, (d) tutor quoq; vel curator (e), pupillam vel adultam sibi vel filio (f) non rectè conjungit (g).

(a) l. 44. §. hoc cap. de R. N. (b) Papin. l. 9. de senat. l. 34. §. ult. de R. N. (c) l. 4. C. de interd. matrim. inter pupill. facit l. antepen. C. de incest. nupt. l. 1. C. de nat. lib. (d) Novell. 117. ca. 4. Rubric. sed novo jure C. de nat. lib. Novel. 78. ca. 1 & 2. Auten. sed hodie C. de jure aureorum annulorum. (e) l. 1. 6. 7. C. de interd. matrim. inter pupill. ubi Azo in summa. (f) l. 59. l. 60. de R. N. (g) Conam. lib. 8. ca. 6. comment. juris civilis.

XIV.

Constante autem matrimonio apud Romanos moribus fuit receptum (a), ne inter virum & uxorem donationes valerent, (b) amorem honestum solis animis aestimantes, (c) ne venabunda essent matrimonia, neve melior in paupertatem incideret, deterior locupletaretur, (e) quod postea hoc modo temperatum est, ut ipso jure res fiant ejus, cui dona-

donata sunt, (f) sed poenitentia locus sit usq; ad vitæ exitum, (g)

(a) l. 1. de donat. inter vir. & uxor. (b) argum. l. ult. §. sancimus, ibi ut uon simplices &c. C. de donat. ante nupt. &c. (c) argum. l. 97. §. si tibi nupsero de V. O. ubi com. Dd. (d) argum. l. pen. vers. ergo erit venale de bon. poss. contra tab. l. 2. C. de inutil. stipul. (e) l. 3. à pr. de donat. inter vir. & uxor. &c. & argum. l. 4. in fin. quod vi aut clam. (f) l. 32. §. ratio quod & ipso jure de donat. inter vir. & uxor. (g) d. l. 32. §. poenitentiam. l. 4. de adem. legat.

XV.

Moris etiam fuit atq; etiamnum est, ut ad sustinenda matrimonij onera (a), dos viro à muliere detur, (b) quod nonnunquam ante nuptiarum solemnitate accidit (c), dos tamen sine matrimonio esse non potest (d), unde rectissime Justinianus Imperator ait, si adversus præcepta legum aliqui coierint, nec virum, nec uxorem, nec nuptias, (e) nec matrimonium, nec dotem (f) intelligi; nec liberos in potestate patris fore, (g)

(a) Papin. l. 17. à pr. vers. dos a. de cast. pec. (b) l. 29 C. de jure dot. l. 6. 7. C. de dot. promisf. (c) l. 6. ubi Jason. & Dd. de condict. sine causa. (d) l. 3. de jura dot. Papin. d. l. ult. de condict. sine causa. (e) §. si adversus ea h. t. (f) l. 52. de R. N. l. 4. C. de incest. & inutil. nupt. argum. l. 17. §. ult. cum l. seq. de reb. auth. jud. poss. alias l. 2. in fin. & l. 3. de privilegijs Credit. (g) d. §. si adversus ea vers. itaq; y b. t.

XVI.

Habetur autem dos velut proprium ipsius filiaë patrimonium, (a) licet in patris potestate sit, (b) & dotium causa semper & ubiq; præcipua est, (c) adeo ut publicè intersit dotes mulieribus conservari, (d) propter quas facilius nubere possunt, (e) ad sobolem procreandam replendamque liberis civitatem (f). Quamvis enim legum subtilitate dos in patrimonium mariti transeat, tamen naturaliter in uxoris Dominio manet, (g).

l. 3.

(a) l. 3. §. ergo etiam vers. quoniam de minor. 20. annis. (b) l. 9. de jure dot. l. 1. & seqq. de dote prelegata. (c) l. 1. soluto mat. dos quemadmodum petatur. l. 79. uti commun. Dd. de V. S. (d) argum. Novel. 91. ca. 1. Novel. 97. ca. 3. l. 12. cum duabus Aulhen. seqq. C. qui potiores in pignore habentur. (e) l. 1. & seqq. de pactis dotal. l. 1. & seqq. de fundo dotali, (f) argum. l. 7. §. si plures vers. favorabile de bonis damnat. (g) l. 29. & 30. C. de jure dot. ubi commun. Dd.

XVII.

Grandem inter Pragmaticos Dd. controversiam recensent in utramq; partem Joachimus à Beust, (a) an Dos dici queat jus universale, (b) velut hereditas, (c) bonorum possessio (d) peculiumvè &c: (e) sed sicuti negare actionem de dote jus esse, absurdum foret, (f) ita consentaneum videretur jus istud actionis universale dici posse, si tale quippiam in dotem datum sit particulare, si quid ejus generis. (g)

(a) tractatu de jure connub. part. 3. de dot. ca. 2. dos quid sit in pr. & §. 1. cum seqq. (b) Azo in summa C. de jure dot. Bart. Angl. Cuman. Ripa, Jaso & comm. Dd. in Rub. ff. solut. mat. (c) l. 24. de V. S. l. 62. de R. J. & utrobiz. Dd. (d) l. 119. l. 179 §. hereditas de V. S. juncta l. 17. de R. J. ubi Dd. §. haftenus vers. si cui ergo per quas pers. suig. acquiritur. (e) argum. l. 5. in fin. cum l. seqq. de pecul. (f) argum. ut. de act. in pr. (g) argum. l. 5. de impens. in res dot. fact. cum simil.

XVIII.

Bona vero uxorum trifariam solent distinguere, (a) ut alia sint dotalia, quorum maritus suo modo Dominus fiat, (b) alia paraphernalia quæ in Dominio mulieris manent, (c) licet interdum administratio marito permittatur, alia recepticia, quorum & usum & administrationem uxor penes se retinet, (d) est quoq; differentia in eo an fundus in dotem datus (e) an res aliæ; & utrum res aestimatae dentur, (f) an verò inæstimatae (g)

(a) Iacobus Minochius lib. 3. presumpt. 8. num. 1. & seqq. de presump. per Gloss. in l. ult. C. de pact. convent. &c. (b) l. 1. & seqq. de jure

B

jure dot. l. 1. & seqq. C. eod. tit. quibus alienare lic. à pr. (c) Wesenb. in parat. ff. de jure dot. num. ult. vers. affinia etiam doti sunt bona mulieris & c. (d) Menoch. d. presumpt. 8. num. 3. vers. paraphernalia (e) argu. l. 9. §. ceterum vers. plane si rerum & c. de jure dot. ubi comm. Dd. (f) l. 1. & seqq. de fund. dot. (g) l. 10. in pr. §. 1. de jure dot.

XIX.

Rei uxoriae actio in frequenti olim usu fuit, (a) qua dos soluto matrimonio repetebatur à marito (b) heredibusve ejus, & competebat vel uxori, vel socero, vel ambobus conjunctim, (c) cujus pars quaedam fuisse videtur judicium de moribus (d) conjugum; uter scilicet eorum divortio causam dedisset (e), sed Justin. Imperator & actionem illam & hoc judicium sustulit (f) alio juris remedio introducto (g).

(a) *cujus formula erit, quod æquius melius erit judicatio Cic. lib. 3. de offic. & in top. ibi Boetius & argum. l. 82. in fin. de solut. & lib. l. pen. §. ult. solut. mat. l. 8. de cap. min. (b) l. 2. & seqq. sol. mat. l. 2. C. eod. tit. (c) l. 5. de jure dot. (d) argum. l. 5. in pr. de part. dot. (e) Cujac. in parat. C. de repud. (f) §. fuerat antea, ubi commun. Dd. de act. (g) l. unic. C. de rei uxor. act. in exstipulat. act.*

XX.

Veniunt autem in actionem repetendae dotis etiam impensae in res dotales à marito factae, (a) quarum triplex est differentia, (b) nam necessariae dicuntur, (c) quae si factae non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit, (d) utiles quae meliorem dotem faciunt (e) deteriores esse non solum, ex quibus reditus mulieri acquiratur, ita tamen, ne invita oneretur, (f) voluptariae quae speciem ornant futurum non augent. (g)

(a) *d. l. unica §. taceat vers. sed nec ob impensas C. de rei uxor. act. (b) ut l. 79. ubi commun. Dd. de V. S. l. 1. de impen. in res dot. fact. (c) d. l. 1. §. necessariae de impens. d. l. 79. in pr. (d) l. ult. vers. ego non tantum de fund. dot. (e) l. 79. §. utiles ubi Alciat. & Rebuff. de V. S. & argum. l. 2. C. de jure empb. (f) d. §. utiles vers. quorum nomine*

uomine l. 38. de rei vind. (g) de impens. in res dot. fact. d. l. 79. vers.
ali. d. V. S.

XXI.

Morte dirimi matrimonium (a) uti res omnes huma-
nas) in confesso est; olim etiam captivitate, (c) vel alia u-
trius eorum contingente servitute, (d) quod Justin. Imper.
mutavit. (e) Repudiari etiam futurum matrimonium à
sponsis potest, (f) & divortium inter virum & uxorem fie-
ri, cum in diversas partes discedunt propter adulterium,
veneficium, homicidium, sacrilegium, scævitiã, insidias,
reatum majestatis (g) &c.

(a) Nov. 22. ca. 20. in pr. Auth. nunc autem C. de secund. nups.

(b) l. 56. C. de Episcop. & Cler. ad Hebr. cap. 9. §. 27. Plat. lib. 8. in
polit. Sebast. Med. in tract. mors omnia solvit. (c) l. 12. §. medio tem-
pore vers. sed captivi de capt. & postl. (d) l. 1. de divort. & repud.

(e) Novel. 22. ca. 3. & seqq. ca. 7. & seqq. (f) l. 101. §. divortium. l.
191. de V. S. & utrobique Alciat. & Rebuff. & commun. Dd. (g) No-
well. 17. ca. 9. Auth. sed novo cum Auth. seqq. C. de repud. &c.

Corollaria.

I.

Sponsaliorum divisiones de presenti & de fu-
turo nec ulla ratione niti, nec jure civili probari posse
late Joachimus à Beuss de jure connub. part. I. tit.
8. an sit differentia &c. cum seqq.

II.

Graduum computationem jure pontificio rece-
ptam, ut duo habeantur pro uno simili vitio labora-
re,

re, vide Franc. Hottom. Disp. de grad. cognat. &
Pet. Heig. §. inter h. t.

III.

Fratri vocabulo sororem, & masculino nomi-
ne regulatiter fœmininum contineri, non econtra l.
35. de pact. l. i. l. 40. §. i. l. 52. l. 101. §. ult. de V. S. ubi
Dd. l. 45. in fin. pr. de legat. 2.

IV.

Matrimonij licet multa sint incommoda, attamen
commoda prævalent, si duplex finis attendatur,
proles & castitas, late Johannes Nevizan.
Asten. in sylv. nupt. l. i. post pr.

V.


Quando unius dispositionis due sunt rationes,
tum licet altera earum cesset; tamen altera manen-
te durat dispositio. d. §. affinitat. hoc tit. §. furtiva
vers. quod autem de usucap.



SI veterum, Reverende, Amplissimi, Prudentiſſ. Humanisſ. viri reſpective Dn. affines, parens ac amici omni obſervantia cultu honorandi, colendi, ſi veterum inquam, quibus non ex ore jejuno tributa eſt laudatio, ſed de facundia penu boni judicij fructus arriſit, erimus monumenta, eaq; ſingulari ex animi reſſibus fluente concilio, mente & cogitatione percurramus, animo planè perſpectum cognitumq; habebimus, viros haudquaquam rerum litterariorum indoctos tandem diligentia auxilio operà ſua haud parcè è dumetis vepribusq; Philoſophiæ, quibus ſepibus circumdati, quorum aculeis diſputando fuerunt puncti, egreſſos penetràſſe atq; intaliſſe pedem in amœniſſimos hortos ejus doctrinæ (Theologiam, Jurisprudenciam, Medicinam intelligo) ubi flores pulcerrimos fructusq; dulciſſimos ſapientia veritatùq; carperunt. Qua cum ita ſint, ut reverà ſunt, ego quoq; non ingenij confidentia, quod in me ſentio quam ſit exiguum, aut timore ſplendide concepta animo perſuaſionis, ſed extremi, ut dicitur digiti illa ipſa attingens & primoribus labris guſtans, eorum veſtigia ſequi duxi arbitrarium: Poſtquam enim viri Ampliſſ. Clariſſ. à patre in hanc Academiam miſſus ſum, de conſilio bonorum hanc viam potiſſimum mihi eligendam cenſui, qua & ſui propoſitio mihi in legali ſcientia eſſet aptiſſima, & in ipſo actu quam minimis obnoxia errorum Labirynthùs, ut in Ampliſſimi & conſultiſſ. viri SIMONIS TOELMANNI, J. U. D. ac Academia Roſtochiana Profeſſoris ordinarij collegio prima legum cunabula cum alijs item ſtudioſis diſputando percurrerem.

Divinè ergo ſanguinis neceſſitas, quam quâ vobis obſtrictus, obſervantia perpetuitas quoddam mei erga VV. AA. & HH. ſtudij exigere videbantur teſtimonium; atq; ob cauſam hanc de NUPTIIS diſputationem ordine mihi injunctam veſtris

stris nominibus inscriptam atq; dedicatam perofficiosè offerre,
atq; transmittere volui. Respiciant, ergò AA. & HH. VV.
hoc quaecunq; est *ῥῆμα*, illudq; à me ut certissimum ob-
servantia & studij testem suscipiant. Hoc ipso calcet ad ma-
jora dabunt meq; benivolentia & humanitatis assiduum habe-
bunt deprecatores. Valete viri, Patroni Amplissimi & Cla-
rissimi. Data Rostochij 3. Decemb.



Politissimo ac Eruditissimo Juveni
Dn. VALENTINO SUHMIO, ami-
co suo charissimo lubens gratulabatur.

H Aud secus ac gremio concredita semina terra
Cernimus in tecto nolle manere loco,
Sic etiam multo virtus quasita labore,
Nescit in obscuro sic latitare loco,
Id satis exemplo Respondens inter amicos
Non postremè meos, testificare tuo.
At cur conjugij sic tractas jura sacrati?
Ardes? torreris? viscera flamma vorat!
Non sic est, quamvis faveat tibi Cypria virgo
Plus tamen alma Themis Pieridesq; favent.
Perge ita sacrati tractare volumina juris
Qua bene capisti volve revolve manu
Sic eris eximium patriæ decus atq; laboris
Suscepti tandem præmia digna ferēs.

Henricus Brüningius
Osnabrugâ Westfalus.

92 25


stris nominibus inscriptam adq; dedicatam per officiosè offerri
atq; transmittere volui. Respiciant, ergò AA. & HH. V
hoc qualecunq; est *ῥῆμα*, illudq; à me ut certissimum o
servantia & studij testem suscipiant. Hoc ipso calcar ad m
jora dabunt meq; benivolentia & humanitatis assiduum hab
bunt deprecatores. Valete viri, Patroni Amplissimi & Cl
rissimi. Data Rostochij 3. Decemb.


Politissimo ac Eruditissimo Juveni
Dn. VALENTINO SUHMIO, am
co suo charissimo lubens gratulabatur.

H Aud secus ac gremio concredita semina terra
Cernimus in tecto nolle manere loco,
Sic etiam multo virtus quasita labore
Nescit in obscuro sic latitare loco,
Id satis exemplo Respondens inter amicos
Non postremè meos, testificare tuo.
At cur conjugij sic tractas jura sacrati?
Ardes? torreris? viscera flamma vorat!
Non sic est, quamvis faveat tibi Cypria virgo
Plus tamen alma Themis Pieridesq; favent.
Perge ita sacrati tractare volumina juris
Qua bene cæpisti volve revolve manu
Sic eris eximium patriæ decus atq; laboris
Suscepti tandem præmia digna feres.

Henricus Brüningius
Osnabrugâ Westfalus.

92 26





the scale towards document

d. (g) de impens. in res det. fact. d. l. 79. vers.

XXI.

matrimonium (a) uti res omnes huma-
nt; olim etiam captivitate, (c) vel alia u-
ngente servitute, (d) quod Justin. Imper.
epudiari etiam futurum matrimonium a
& divortium inter virum & uxorem sic
as partes discedunt propter adulterium,
cidium, sacrilegium, scævitiã, insidias,
(g) &c.

1. 20. in pr. Auth. nunc autem C. de secund. nups.
& Cler. ad Hebr. cap. 9. §. 27. Plat. lib. 8. in
tract. mors omnia solvit. (c) l. 12. §. medio tem-
de capt. & postl. (d) l. 1. de divort. & repud.
& seqq. ca. 7. & seqq. (f) l. 101. §. divortium. l.
& Alciat. & Rebuff. & commun. Dd. (g) No-
ed novo cum Auth. seqq. C. de repud. &c.

Corollaria.

I.

um divisiones de prasenti & de futu-
ione niti, nec jure civili probari posse
a Veuß de jure connub. part. 1. tit.
tia &c. cum seqq.

II.

computationem jure pontificio race-
beantur pro uno simili vitio labora-
re;